



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Prima Dvbitatio. De sensu illius propositionis: De ratione amoris est, vt
non procedat nisi à conceptione intellectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82303)

est realis distinctio, quæ propria ac vera est alie-
 ras: ita nec inter processiones vera est alietas siue
 realis distinctio. Scopus autem responsionis est of-
 fendere longè maiorem esse distinctionem in-
 tellectum & voluntatem, quæ virtualis tantum
 est, aded vt actualiter & simpliciter sint vna res
 intellectus & voluntas. Cuius differentia cau-
 sam affert; quia inter processiones est ordo ori-
 ginis, quo vna est ab alia: quem ordinem non
 habent formaliter intellectus & voluntas. Dixi
 formaliter quia sicut in Deo causatur virtualiter
 aternitas ex immutabilitate: ita voluntas ex in-
 tellectu, vt patet ex ijs, quæ supra diximus q. 10.
 a. 2. & q. 19. a. 1. Sed quamuis non sit realis di-
 stinctio, nec ordo originis inter intellectum &
 voluntatem; ex rationibus tamen intellectus &
 voluntatis oritur veluti ex prima radice realis
 Ordo origi-
 nis vnde
 fit.

Ordo originis, quem habent processiones adinuicem: oportet enim processionem illam quæ
 est per voluntatem, oriri ex ea quæ est per intel-
 lectum; quia ex intellectuali boni cognitione
 nascitur eius amor in voluntate: nec amari pos-
 sibile est à voluntate, quod prius non apprehen-
 dit intellectus vt bonum. Cum enim voluntatis
 obiectum sit bonum apprehensum ac iudicatum
 vt bonum: necesse est obiectum voluntatis prius
 quodammodo perfici per actum intellectus, quia
 in illud actu feratur voluntas. Rationes igitur
 intellectus & voluntatis, quæ sumuntur ex or-
 dine ad obiecta, sunt primæ radices realis ordi-
 nis, quem habent eorum processiones: & eadem
 ratione personæ procedentes; quamquam intel-
 lectus & voluntas secundum se sint vna res & v-
 na ratio simplicissima. Quod maxime consonat
 ijs, quæ perspicue cernimus in multis efficienti-
 bus causis ad suos effectus comparatis. Nam ex
 vna prima causa quæ Deus est, tota quæ in vni-
 uerso est processit entium multitudo; & ex vna
 animæ rationalis essentia plurium numerus ef-
 fluit potentiarum: & ex vnica solis virtute tot
 in elementis ac mixtis generantur effectus. Cum
 igitur rationes intellectus & voluntatis princi-
 pia sint vt quo vel quibus dictarum processio-
 nū; poterit in processionibus veluti in principia-
 tis esse distinctio, cum summa principiorum in-
 tellectus scilicet ac voluntatis vnitatem.

Vbi aduerte cum Caiet. in *sine com.* aliud esse
 dicere ordinem originis siue distinctionem pro-
 cessionum pendere ex rationibus intellectus &
 voluntatis; & aliud eundem ordinem siue di-
 stinctionem pendere ex distinctione intellectus
 & voluntatis. Primum enim verissimum est:
 nam ratio intellectus & voluntatis significat
 rem realem, quæ potest esse radice dicti ordinis
 & distinctionis, vt ostendimus. Secundum au-
 tem significat ens rationis, ex quo non pendet
 ordo realis, qualis est inter processiones diui-
 narum personarum & inter ipsas personas pro-
 cedentes.

Et ex his patet defectus Mol. & Barth. Torres,
 quem ex parte sequitur Zumel. in hac responsione
 ad tertium, qui nititur sustinere distinctionem
 realem posse ex distinctione rationis dependere,
 quod omnino falsum est. Nam etsi distinctio rea-
 lis oriri possit ex fundamento distinctionis ra-
 tionis, non erit tamen ex eo vt ratione
 distinguente, sed vt à conditio-
 ne tantum.

Lapsus Mo-
 line, Tur-
 riani & Zu-
 meli.

PRIMA DVBITATIO.

De sensu illius propositionis: De ratione amoris est,
 vt non procedat nisi à conceptione intellectus.

Dvo sunt propositæ dubitationis membra: Sensus que-
 situs, & pro-
 positionis in-
 terpretatio.
 Primum est: an sit de ratione amoris in primo mo-
 do dicendi per se, quod procedat à verbo, siue concep-
 tione intellectus, & consequenter quod processio sit à pro-
 cessione? SECUNDVM est: an de ratione amoris sit,
 vt procedat à verbo quatenus verbum est; an solum
 quatenus verbum est res intellecta? Nam si de ratio-
 ne amoris est, vt procedat à verbo vt verbum est,
 poterit ex dicta propositione, vt efficaci prin-
 cipio probari aduersus Græcos, Spiritum sanctum
 à Filio procedere. Sin minus, probabilis
 tantum erit deductio. Ratio huius differentia
 est: quia verbum vt verbum est, dicit respectum
 originis ad dicentem: significat enim concep-
 tionem intellectione productam; res autem ac-
 tui intellecta vt sic, nullum dicit ordinem ori-
 ginis ad intelligentem; alioquin diuina essentia
 vt à Deo & beatis intellecta, per Dei & beatorum
 intellectiōnem produceretur. Igitur verbum vt
 verbum est, personaliter dicitur: sub ea verò ra-
 tione qua obiectum est, solam dicit essentiam,
 quæ obiectum est adæquatam intellectus Dei vt
 Deus est; igitur, si de ratione amoris est, quod
 procedat à verbo vt verbum est, sequetur neces-
 sario Spiritum sanctum à Filio procedere, qui
 verbum est Patris. Si verò de ratione amoris sit,
 vt procedat à verbo quatenus verbum est res
 intellecta: non erit necessaria sed probabilis tan-
 tum deductio. Nam vt Caietanus aduertit *infra*
 q. 36. a. 2. dicere posset aliquis Patrem amorem
 sui notionalem producere cognoscendo seipsum
 essentialiter. Sed tamen rationabile valde est, vt
 qualis est ordo inter essentialia, talis sit etiam
 ordo inter vtriusque notionalia: ac proinde si-
 cut amor essentialis oritur secundum rationem
 & modum nostrum intelligendi ex conceptu
 essentiali, quo formaliter Pater omnia nouit: ita
 notionalis amor qui est Spiritus sanctus, sit ex
 cōceptu notionaliter sumpto quod est verbum.

PROPOSITÆ dubitationis solutio pendet Resolutio.
 ex multis, quæ diligenter erunt examinanda.
 Hic ea dumtaxat summa breuitate colligemus,
 quæ præsentī materiæ ac instituto fuerint oportu-
 na. Sunt autem tria; quæ Caiet. subtiliter ac
 doctè tangit *hic*, & *infra* q. 36. a. 2. quorum ex-
 plicatio nodū difficultatis abfoluet. PRIMVM
 est; Propositionem illam de cuius sensu dubita-
 mus, nimirum *De ratione amoris est, vt non proce-
 dat nisi à conceptione intellectus* intelligendam esse
 de conceptione naturali, quæ nõ potest esse sine
 verbo: tametsi supernaturalis aliqua sit absque
 verbo, vt beatavilio. Et præterea supponi debet
 cōmunia, videlicet bonum cognitum esse prin-
 cipium productiuum amoris, vt ait Philosoph.
 in 3. de anima, & 12. Meth. & quod esse cognitum
 sit esse mente conceptum: de quo supra differui-
 mus cū Caietano; Ex his enim sequitur de ratio-
 ne amoris esse in primo modo dicendi per se
 oriri à conceptu, quatenus est res cognita vt sic.
 Probatvr vt sequi: quoniam esse cognitum cog-
 nitione naturali idem est, quod esse conceptum
 mente; ipse verò conceptus, vt ante diximus, est
 ipsum cognitum in esse obiectiuo; bonum au-
 tem cognitum est productiuum amoris, vt eius
 propria causa; Ergo &c. Probatvr sequela. Nam
 cuiuslibet effectui conuenit per se primò depen-
 den-

dentia ex propria causa. Et quoniam accidit verbo, quatenus est ipsum cognitum in esse obiectiuo, vt ab intelligentia procedat; sicut homini sub ea ratione qua animal est accidit rationale (vnde diuina essentia, prout est ipsum cognitum in esse obiectiuo, à nullo procedit) ea propter, ex ea propositione *De ratione amoris est &c.* non potest necessariò deduci processio amoris à verbo, quatenus verbum est; quia vt sic dicit originem à dicente, quæ eidem accidit, vt obiectum est; & consequenter etiam accidit amori, vt procedat à verbo vt verbum est.

Verbum esse amoris causam effectiuam.

SECUNDUM EST rem cognitam vt sic, ac proinde conceptum ipsum siue verbum, esse amoris causam in genere causæ efficientis; quod apertè significat D. S. in hac responsione, cum ait amorem habere ordinem originis ad conceptum; constat enim ordinem originis in proposito esse ordinem secundum modum efficientiæ, vt notat Cai. & significauit Auerroes *12. Metaph. tex. 36.* cum dixit Balneum in anima est agens desiderium. Est autem verbum amoris causa effectiuua, non quo ad exercitium (hæc enim est voluntas) sed quo ad specificationem actus, cuius specificationis voluntas non potest esse causa sufficiens; alioquin omnes eius actus à nullo habitu procedentes vnus essent speciei sicut ipsa voluntas; Actus verò, qui in voluntate habitu affecta puta charitate procedunt, non possunt ab habitu sufficienter specificari, sed necesse est, vt concurrat obiectum in ratione principij formalis & rationis agendi & causandi effectiuè, à quo solo specificatur actio, vt actio est in genere naturæ: quamuis ex habitu moralem speciem trahat: quæ tamen naturalem actus speciem, quæ est obiectum, secundum esse quod habet in mente, præexigit necessariò; sicut etiam verbum præsupponit inclinationem habituales in voluntate, quæ rursus præsupponit habituales notitiam in intellectu. Dixi autem *secundum esse quod habet in mente*; quoniam vt ait Auer. *12. Metaph. tex. 36.* appetibile mouet appetitum duplici genere causæ scilicet effectiuè, quatenus est apprehensum; & finaliter, prout est extra animam, & vtroque modo specificat actum; priori modo vt ratio agendi effectiuè; posteriori verò modo vt finis & terminus actus. Et quia modus causandi effectiuè vt ratio agendi participat causalitatem efficientis & formæ; & medium, quia sapit extremorum naturam, quandoque distinguitur contra vnum extremum, & nonnunquam contra aliud; ea propter S. Tho. hunc modum causandi actiuè vt ratio agendi, nonnunquam distinguitur contra modum causandi effectiuè. Nam *in 1. 2. q. 9. art. 1.* ait causalitatem appetitus esse efficientis, obiecti verò formæ; Et quia hæc agendi ratio conuenit obiecto ex ratione finis tantquam ex radice: cum appetibile sit appetitui agendi ratio, quia finis est; idcirco S. Th. *infra q. 82. a. 4.* considerans modum causalitatis effectiuè conuenientem obiecto diminutè, & dictam eius radicem dixit intellectum non mouere voluntatem, eo modo quo voluntas mouet intellectum, sed illa effectiuè mouere, hunc autè vt finem.

Quod autem obiectum vt apprehensum causat effectiuè. Probatur; quoniam subsistentia adiuncta alicui cause non variat causalitatem illius ex vno genere causandi in aliud, sed modum causandi tantum; quia causa subsistens causat vt quod, non subsistens verò causat vt quo; At verbum diuinum est amoris principium productiuum effectiuè vt quod. Ergo verbum absolute; producit amorè effectiuè; non .n. requiritur realis bonitas obiecti

A ad extra ad specificandū actū in ratione principij sed tantū ad specificandū in ratione termini. Et quāuis substantia, actus & eius species sint idem realiter: differūt tamē ratione fundamentaliter, & in distinctas causas reducuntur: sicut etiā de actū beatifico diximus *q. 12. a. 5. Cont. 2.* Et quia obiectum vt apprehensū, siue verbum est ratio agendi voluntati ad modū formæ extrinsecæ reducuntis ad actū, & determinantis ad speciem; idcirco dicitur voluntas potentia passiuua ab obiecto, quāuis, vt dixim⁹, obiectū nō sit verè actiuū, & efficiens, sed diminutè tantū, modo quo dixim⁹.

Et ex his breuissimè dictis patet intellectus eorū quæ traduntur à D. Th. & Cai. *infra q. 80. a. 2. & q. 82. a. 4. & 1. 2. q. 9. a. 1.* Et solutio etiā objectionū Ferr. *in 1. cōt. gent. c. 44.* & Val. & Vasq. *1. 2. in dicto a. 1.* & Barth. Torres *super hoc a* & Ban. *inf. q. 80. a. 2. dub. 2.* qui tamen *ibi concl. 4. & 5.* optime explicat & tuctur sententiam Cai. sed de hoc alibi fortassis agemus vberius.

TERTIUM est conuenientia & differentia inter verbum & amorem, quoad principiorum vtriusque causalitatem, modum & vnitatem: nā in principiorum effectiuua causalitate conueniunt; Sicut enim verbum effectiuè procedit ab intellectu & intelligibili: sic etiam amor effectiuè oritur à volūtate & à re amabili cognita. Differunt autem primò, quia verbum producit ab intellectu & intelligibili prout habent rationem entis siue rei, & quatenus vnum integrant completum efficiens, immò quatenus vnum est aliud, & è conuerso; Ex quo sequitur verbum ab intellectu & intelligibili procedere vt simile, quia ab vtroque producit vt agente in ratione rei; omne enim agens agit sibi simile secundum formam qua agit, quando forma est ratio agendi in ratione rei; sicut in proposito forma intellectus quæ est ipsum intelligibile, quod est species vnita intellectui, est ipsi ratio agendi in ratione rei secundum esse intelligibile, Nam intellectus quia tali informatur forma, vel potius quia in tale transfuit intelligibile, tale producit verbum, quod est proprium agentis in ratione rei. Quamuis enim intelligibile ante productionem verbi sit in intellectu secundum esse cognitum siue intelligibile: non est tamen ibi vt obiectum cognitionis, sed vt principium tantum; & ideo non causat vt cognitum, sed vt forma quædam habens talem essendi modum causat verbum in eodem essendi modo scilicet immateriali & intelligibili. Amor autem à voluntate producit vt agente in ratione rei scilicet vt talis res est; & ideo quemadmodum voluntas impulsus quidā est in actū primo: sic amor ex ea similis oritur, qui impulsus est in actū secundo. Ab amabili verò producitur agēte in ratione cogniti: quā amabile vt cognitū amorē parit: Ab vtroque verò simul scilicet à voluntate & ab amabili procedit amor quasi ab agente & ratione agendi; ita tamē vt agens scilicet voluntas agat in ratione rei, ratio verò agendi scilicet amabile agat in ratione cogniti; sicque amor ab vtroque diuersa ratione procedit. Ex quo sequitur alia differentia, nimirum quòd amor non producit à voluntate & amabili vt integrantibus simpliciter vnum agens; tum quia diuersa ratione concurrunt; tum etiam quia amabile non inest voluntati sed intellectui: agit .n. quasi forma extrinsecæ. Sed quia simul concurrunt vt agens & agendi ratio; idcirco secundum hoc admitti potest ex his vt partialibus causis integrari totale agens, quod Caiet. *in artic.* sequenti nominat agens per modū impulsus seu vitalis appetitus. Sequitur præ-

Quæ sit conuenientia, & differentia quoad principiorum vtriusque causalitatem, modum & vnitatem.

terea

terea quod comparando amorem ad quasi par-
tiales causas, oritur partim à simili, quatenus
scilicet est à voluntate: & partim à non simili,
quatenus est ab amabili: quod si totali eius agen-
ti conferatur, quod est voluntas vt agens & ama-
bile vt agendi ratio; sic absolutè procedit à non
simili; quoniam amor non est similitudo rei a-
mata, sed actualis in eam inclinatio. Denique ex
dictis sequitur solutio proposita dubitationis
quo ad vtramque partem; ostendimus enim de
ratione amoris esse in primò modo dicendi per
se vt à verbo procedat, nò quatenus verbum est,
sed prout est ipsum intelligibile actu in intelle-
ctu; sic enim verbum est agendi ratio voluntati,
non autem vt verbum est id est qua ratione pro-
cedit à dicente, hoc enim extraneum & imper-
tinens est ad rationem intelligibilis vt sic. Et ex
his etiam patet solutio duarum obiectionum Ia-
uelli, quæ satis friuolæ sunt.

Iauellim.

SECUNDA DUBITATIO.

An ex ordine originis præcisè distinguantur reali-
ter diuina processiones, ita vt eo remoto, nulla sit inter
eas realis distinctio?

PERTINET hæc quæstio ad secundum a. q. 36.
& ad 2. & 3. 40. vbi propositis Scoti & aliorum
opinionibus, diligenter examinabitur in forma
Controuersia. Nunc satis erit ad explicationem
præsentis doctrinæ summam quædam præci-
pua veritatis documenta colligere, quæ ad sub-
sequentium intelligentiam lucem afferant.

Sensus qua-
siti.

Sciendum est itaque primò nomine processio-
nis non intelligi generationem actiuam, & spi-
rationem actiuam, quæ in Patre realiter idem
sunt; sed emanationes passiuæ sumptas, nempe
generari & spirari, quibus diuinæ personæ pro-
cedunt scilicet Filius & Spiritus sanctus. De pro-
cessionibus ergo passiuæ sumptis quæritur: an ex
ordine originis, quo vna oritur ab alia, realiter
distinguantur?

Resolutio.

Secundò aduerte, tria inter se ratione distincta
in vtraque processione considerari. Primum est
operatio siue actio immanens absolutè sumpta,
puta intelligere & amare. Secundum est relatio
originis personæ procedentis ad principium à
quo procedit, vt verbi ad dicentem, & amoris
ad spirantem. Tertium est ordo originis inter ip-
sas diuinas processiones, quo vna præsupponit
aliam & ab ea procedit; Possunt itaque proces-
siones tripliciter sumi: Primò essentialiter & in-
complete, & sic non differunt adinuicem nisi ra-
tione: Secundò modo sumi possunt cum relati-
one prædicta ad principium, & sic sumuntur no-
tionaliter & incomplete, neque vt sic præcisè di-
stinguuntur realiter, secluso namque siue præci-
so ordine originis inter ipsas processiones, sola
remaneret inter eas formalis distinctio, & esset
vna realis processio, & vna persona procedens
secundum rem, quæ vna relatione reali
duplicem habente rationem formalem referretur
ad primam personam: vt Filius ad generantem,
& vt amor, siue Spiritus S. ad spirantem, vt
dicemus in art. sequenti Cont. 2. ex D. Th. de Pot. q. 10. a. 5. & Cai. infra q. 36. art. 2. Igitur
tertio modo sumuntur diuina processiones, prout
in sui ratione claudunt tria prædicta: & ita su-
muntur complete, & realiter abinuicem distin-
guuntur secundum ordinem originis vnus ad
aliam, sicut & ipsæ diuinæ personæ procedentes;
Et quamuis origo passiuæ & ordo originis idem

A fit quod ipsa relatio constitutiua personæ pro-
cedentis aliquid tamen exprimit ordo originis,
quod relationis personalis vocabulo non exprimi-
tur; exempli gratia; processio prout est relatio
constitutiua Spiritus S. solum exprimit relatio-
nem ad spirantem vt sic, quicumque ille sit,
siue sit vna persona siue plures; sed ordo origi-
nis emanationis quæ est per modum voluntatis,
ab emanatione, quæ est per modum intellectus,
dicit non tantum ordinem ad principium talis
emanationis, qui est spirator; sed etiam ad eman-
ationem, quæ est per modum intellectus.

Tertio notandum est non esse realem ordinem
in diuinis nisi originis; nã solæ relationes origi-
nis realiter distinguuntur in diuinis: neque est alia
B relatio ordinis & alia originis: neque alia sunt ex-
trema secundum rem relationum & originis; quia
productum, puta filius, siue verbum & eius ori-
go passiuæ, puta generari & dici, sunt vna relatio;
Et similiter Spiritus S. & eius processio sunt
vna relatio, & eodem ordine quo productum
scilicet Spiritus sanctus est à producto scilicet à
Filio, processio illius, nimirum Spiritus sancti
est à processione istius scilicet Filij; hoc vero est
processionem oriri à processione.

Aduerte tamen cum Ban. in sequenti artic. dub. Processio-
vit. concl. 4. cum asserimus processiones habere
inter se ordinem originis, non affirmare quod
processio filij producat processionem Spiritus
S. sed quod Filius, quatenus tali processione
C procedit, producit Spiritum S. adeo vt vna proces-
sio nò habeat ordinem originis ad alteram, tanquã
producentem aut productum vt quod, sed veluti
radix ex qua personæ sic procedenti conuenit aliã
producere. Nihilominus si sumatur processio Spi-
ritus sancti, vt idem est quod persona Spiritus
sancti; dicendum est eam habere ordinem origi-
nis ad processionem passiuam Filij, prout est
idem quod Filius, eo modo quo est ordo origi-
nis inter Spiritum sanctum & Filium. Possent
autem prædicta luculentius explicari dicendo
Filius per generationem passiuam habere vim
spirandi Spiritum S. Nam ex eo quod Filius
procedit vt verbum, hoc ipso procedit vt amo-
ris principium simul cum dicente; amor verò
D procedit per spirationem passiuam; Itaque spi-
ratio passiuæ Spiritus Sancti ordinem habet ori-
ginis ad generationem passiuam Filij, non quasi
immediate, sed mediante Filio; Nam Filius
generatione Filius est, & consequenter spirator;
spiratio verò passiuæ sumpta est, qua tanquam
productione siue processione Spiritus S. est spi-
ratus; atque ideo sicut spiratus est à Filio tan-
quam quod producitur, à principio quod pro-
ducit: ita processio Spiritus sancti est à proces-
sione Filij, tanquam productio qua producitur
Spiritus Sanctus à productione qua producitur
Filius; quod est productionem Filij passiuam
esse radicem passiuæ productionis Spiritus san-
cti. Quemadmodum si ad generationem Platonis
E Filij necessariò requireretur, vt esset actu
ea generatio, qua genitus est Socrates eius Pater; tunc
enim non solum Plato esset à Socrate, sed etiam
generatio Platonis esset à generatione Socratis,
licet alio & alio modo, vt dictum est. Et hæc vi-
detur fuisse mens Caiet. & S. Th.

Caiet.

Ex his patet responsio ad quæsitum & solutio
argumentorum Scoti, quæ refert Caietanus &
soluit; nam processiones ita realiter distinguun-
tur per ordinem originis, vt eo remoto, non
sit inter eas nisi virtualis distinctio, vt ante
diximus.

S. Thomae.

Mo l. dist. 4. volens diuinarum processionum non esse

ac